

*Omnia possum in eo, qui me confortat.*

Léctio Epístolæ beáti Pauli apóstoli  
ad Philippénes

4, 12-14. 19-20

**F**ratres:

<sup>12</sup> **S**cio et humiliári, scio et abundáre;  
ubíque et in ómnibus institútus sum  
et satiári et esuríre et abundáre et penúriam pati.

<sup>13</sup> Omnia possum in eo, qui me confórtat.

<sup>14</sup> Verúmtamen bene fecístis  
communicántes tribulatióni meæ.

[15-18]

<sup>19</sup> Deus autem meus implébit omne desidérium vestrum  
secúndum divítias suas in glória in Christo Iesu.

<sup>20</sup> Deo autem et Patri nostro glória  
in sáecula sæculórum. Amen.

Verbum Dómini.